



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Hora 5ta Pomeridiana.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

Dei. Impetrate mihi, ut vos omnes ità colam in vita, ut in morte habeam Protectores.

Sancta Maria in templo præsentata, impetra mihi talem in divinis diligentiam, ut quâcunque horâ moriar, in templo filii tui increar præsentari. Idem impetrate mihi in hoc mense mihi dati & ad mortem usque dandi Patroni menstrui.

Hora sta Pomeridiana.

Maria Mater Dei, quò magis paulatim sol in occasum declinat, eò magis amaræ mortis meæ, à qua tota felix vel infelix pender æternitas, me oportet reminisci. Quòd ut eò fructuosius faciam, pro tributo hâc die & horâ tibi offero hymnum; *Stabat Mater dolorosa juxta Crucem lachrymosa, &c.* à me nunc ruminandum. Cùm sic Passionis & Mortis Domini mei, & quomodo per eam gladius doloris pertransierit animam tuam, species mihi vivaciùs imprimere possim. Hæc autem altè animo infixæ & semper durans cogitatio, & solatium, & auxilium in morte certò mihi adferet.

Ex Festis Decembris,

Sancta Maria semper immaculata, & S. Francisce Xaveri impetrate mihi, ut nunc & in hora mortis immaculatus inveniar, omni reatu culpæ ex peccato mortali ac veniali liber. Idem impetrate mihi sancti Patroni hoc mense mihi dati, & ad mortem usque dandi &c. Et ut mite habeam purgatorium ob reatum pœnæ adhuc residuum.

Jesu